Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26281
Copyright: Admont, Benediktinerstift



intempore malo. postremo ad operandum salu
tem. et nunc in medio terre. Ipsius est N. opus quod corona
glorie urbis ita in dies ampliatur. et sublimatur
mirabiliter crescens ac proficiens in omni decore
et magnificentia apud deum et homines. Ipsius profec
to nuper opus et uirtus fuit. quod iter satis labori
osum pro pace et liberatione ecclesie susceptum in
tanta prosperitate peregistis. rome siquidem imperialis
culminis plenitudinem gloriosissime assecutus.
idque quod maius fuit in manu non magna ut ani
mi fidique magnitudo clarius eminet. Quod si
ante tantillum exercitum terra tremuit et quieuit.
et quantus putamus horror hostium corda inuadere
habeat. cum ceperit rex procedere in magnitudi
ne brachii sui. Animabit insuper honestas
causae. immo duplex prouocabit necessitas.
Non est meum hortari ad pugnam. est tamen securus
dico aduocati ecclesie arcere ab ecclesie infes
tatione scismaticorum rabiem. est cesaris propriam
uendicare coronam ab usurpatore siculo.
Vt N constat iudaicam sobolem sedem Petri in xpi
occupasse iniuriam. sic procul dubio omnis
qui in sicilia regem se facit. contra dicit cesari.
Si autem utrumque incumbit cesari. restituere. s.